



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iiij Quid si cu[m] sumi debeat sanguis christi sp[...]  
es vini sit congelata

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

# Capitulum

ruptio sacramenti ad minus in aliqua parte. quod caueri debet si fieri possit. s; procedat sine admixtione aque. Admixtio em aque no est de necessitate consecrationis sed consecrantis

**ii**  
**Sol.** **Dubiu** **ii** **Quotiescunq; consecrat tenetur sumere. nisi irremediabile impedi-**  
mentum superueniat. Si autem aliquis sacerdos non celebrans communicando sumat corpus christi. talis non debet sanguinem sumere. sed vinum non consecratum post sumptionem corporis.

**iii**  
**Sol.** **Quid agendum est si sacerdos ex quacunq; causa non possit sumere vinum. et ita etiam neq; sanguinem sumere valeat.**

Si sacerdos sciat vel pbabiliter timeat q no possit absq; nausea et periculo vomitus vel alio inconuenienti tantum vini sumere quantum ad consecrationem necessarium est non debet celebrare.

Et si missam inceperit et nondum consecrauerit corpus incepta deferat. Si autem post consecrationem corporis et ante consecrationem sanguinis sentiat vel timeat se non posse sumere sanguinem. propter nauseam ex inspectione vel odore vini consecrandi vel alio huiusmodi accidente non debet consecrare sanguinem. s; debet procedere sicut in illo casu vbi post consecrationem panis calix deprehenditur vacuus vel liquore non consecrabili paratus. et no potest vini debitum haberi ad consecrandum. put tactum est superius articulo quarto in solutione secundi dubij. Si vero post consecrationem sanguinis et precipue circa tempus sumptiois eius hoc sentiat vel timeat. tutius est q no sumat. sed reuerenter atq; diligenter reseruet vsq; ad proxima celebrationem. in qua post sanguine tunc consecrati et sumptu sumat illu sanguine reseruatum.

**iiii**  
**Sol.** **Quid agendum est si cum sumi debet sanguis species vini sit congelata ita q non debite possit sumi**

Fiat resolutio aliquo modorum superius tactorum circa. xiiij. dubiu articuli quarti. hoc tñ obseruato q nullo mo supinfundat vinu calefactu. eade rone qua no dz admisceri aqua vino consecrato. vt circa pimum dubium huius articuli dictum est.

**v**  
**Sol.** **Quid agendum sit. si musca aut aranea vel aliud huiusmodi ceciderit in sanguinem**

Animal illud caute debet capi. et diligenter lauari et coburi. et absolutio cum cineribus in sacrarium mitti. Et si absq; horrore et periculo sumi possit. sanguis sumatur more consueto. Si autem propter horrorem vel periculum vel timorem vomitus sumi possit. tunc dz effundi in aliud vas ad hoc aptum. et cum reliquijs reseruari. Nihil em abhominabile sumi dz occasione huius sacramenti. Et tunc ne sacramentu maneat imperfectum debet aliud vinum aqua mixtu in calice poni et ulterius procedi eo mo quo superius circa scdm dubiu articuli quarti expressum est fm q an vel post sumptionem corporis hoc deprehendatur.

**vi**  
**Sol.** **Quid agendum sit si sacerdos ante sumptionem sanguinis depre-**